

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - VI, 10 : De Argonau](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - VI, 10 : De Argonau

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[71\] : De Argo, & capra coelesti](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 10 : De Argo nau](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI**

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 11 : Du Navire d'Argo](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 10 : Du navire d'Argò](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination181v°-182r°

# Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Argo \(navire\)](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

---

## Mythologia

prudentiam, si ita Deo placuerit, citissime possit delabi. atqui quod ita sit, patet vel ex ipsis nominibus: Arhamas enim, non admirandum esse significat, cum sit *ἄραμος* mirari, actionemque illam *ἄρα* adimat. Nephelē vero nebula, ex quibus nascitur profecto rerum humanarum contemptio. nam ut inquit is poeta;

Nil admirari, propè res est vna Numici,  
Solaque quæ possit facere, & seruate beatum.

10 Quis locus sanè merito concedi potest admirationi, cum tota hominum vita huc illuc fluctuet; & quocumque ventorum impetus appulerit, eò facile corruat? nam omnes opes, & amicitiae, & imperia tandiu stabilia sunt, quandiu secunda Fortunæ aura aspirauerit. siue igitur illa sit rerum cuiusque ad felicitatem præsentem propensio, siue Dei consilium ob inscitiam mortalium ita vocatum, siue aliud quidpiam, omnino illa opus est viro prudenti. Hæc aura aspirante seruata animi moderatione in felici successu Phrixus deuotatis noueræ infidiis in Colchorum regionem peruenit, vbi non sine auxilio Deorum firmitus imperium & tranquilliora omnia adinuenit. ac de Phrixo satis, nunc de Argonauti dicamus.

De Argonauti.

Cap. X.

20

Naui illa, quæ fuit postea inter sydera collocata, in qua nauigarunt Argonautæ, ab Argo, qui fuit architectus extructa est. dicunt ei à Pelia imperatum vt clauos pertenues affigeret, cum tamen ille validissimis compegerit, quare postea consilio Palladis facta fuisse dicta est. ædificata fuit hæc naui in quodam loco, qui ab Iolco distabat viginti stadiis, quem idcirco quod naui ibi fuisset compacta *ἰσὸς τῷ ἄργοναυτί* à compingendo sei licet Pagafæ vocarunt, vt testatur Str. lib. 9. & Quid. in epist. Paridis Iasonem Pagafæum vocat, quia in ea nauigarit;

Phasida puppe noua vexit Pagafæus Iason.

30

Læsa nec est Colcha Thessala terra manu.

Huius nauis malus è quercu Dodonæa fatidica arbore cæsus fuisse dicitur, quam arborem Pallas indicauit, quamobrem malum ipsum garrulam picam in his appellauit Lycophron;

*ἢ τὴν λάλητον κλάρον ἀραυτὶδον.*

In garrula transfucta picæ est, vt ferunt.

Et Valerius flaccus fatidicam ratem appellauit lib. 1. Argonauticorum. Hæc nauem triginta remigum sedes habuisse utrinque constat, quam Theocritus in Hylæ vocauit *τρηκοντάζων*; nam *ζών* transtrum significat & sedem nauticam, super qua sedent remiges, ita inquit;

40

*εὖτε καὶ ἄραμοι τρηκοντάζων ἀργῶ.*

Quod, iuga cui fuerant triginta, reliquerat Argo.

soluerunt autem à litore primum Argonautæ vere præcipiti, quo tempore Pleiades mane oriuntur, vt patet ex his versibus eiusdem;

*Ἄραδ' αὐτὶ ἄλλοι κλημάδι ἔρχονται δὲ  
Ἄρα εἰς θέσπεται, παρρησίαν ἔχουσα ἄρα.  
τέρπειαν ἑλίας ἀμύσαντες, δῶκε δ' ἄρα  
ἄραμοι.*

Pleiades vt surgunt, agnī pascuntur ad oras

Agrorum

Agrorum nuper, iam verso tempore veris,  
 Tum manus Heroum funes à litore soluit.  
 Hanc nauem primam fuisse ferunt, quæ ausa sit ventorum minas contemp-  
 re, & ad longinquas regiones transfretare, vt sensit Ouid. lib. 3. de Tristibus;  
 Nam rate, quæ cura pugnacis facta Mineræ  
 Per non tentatas prima cucurrit aquas.

Enimuero post Colchicam navigationem cum Argos incolumes delectos  
 heroes in patriam reuexisset, fertur fuisse Palladi ab Iafone consecrata: quæ  
 deinde, quia toe Deus seruasset, fuit inter sidera verso ordine collocata, ita  
 vt prior puppis, quam prora oriatur, vt in his inquit Aratus;

*ἡ δὲ ναυὶς μὲν ἄλλοις κατ' ἕρποντα ἔσται ἀργεῖον  
 Πρωὸν ἔσται δὲ τῆς ναυὸς ἄρ' ἡ δὲ κολοῦδα.  
 Ἄλλ' ἔσται δὲ πρῶτος τῆς ναυὸς ἄρ' ἡ δὲ κολοῦδα  
 Νῆος, ἔσται δὲ κολοῦδα ἔσται δὲ πρῶτος τῆς ναυὸς  
 ἔσται δὲ πρῶτος τῆς ναυὸς ἄρ' ἡ δὲ κολοῦδα  
 ἔσται δὲ κολοῦδα ἔσται δὲ πρῶτος τῆς ναυὸς  
 ἔσται δὲ πρῶτος τῆς ναυὸς ἄρ' ἡ δὲ κολοῦδα  
 ἔσται δὲ κολοῦδα ἔσται δὲ πρῶτος τῆς ναυὸς  
 ἔσται δὲ πρῶτος τῆς ναυὸς ἄρ' ἡ δὲ κολοῦδα*

quæ ita vertit Cic.

At canis ad caudam serpens prælabitur Argo,  
 Conuersam præ se portans cum lumine puppim.  
 Non aliæ naues vt in alto pandere proras  
 Ante solent, rostro Neptunia prora secantes:  
 Sed conuersa retro cæli semper loca portat.  
 Sicut cum ceptant tutos consistere portus  
 Obuertunt nauem magno cum pondere nauis,  
 Aduersamque trahunt optata ad litora puppim.  
 Sic conuersa verus super æthera vertitur Argo.  
 Atque vsque à prora ad cælum sine lumine malum,  
 A malo ad puppim cum lumine clara videtur.

Hanc nauim fuisse inter sidera collocatam fabulati sunt, cum fuisset Palla-  
 dis consilio fabricata, quia cum nullam beneficentiam sine remuneratione  
 Deus esse pariat; tum illa præcipue grata est Deo, quæ à sapientia & con-  
 silio proficiscitur: quæ sine Palladis consilio est beneficentia, & quasi quo-  
 dam naturæ ductu, vel quæ fortuito contingit, non est quidem reprehen-  
 denda; at multo magis illud & Deo gratum est, & magis laudabile, quod  
 cum ratione suscipitur. cū vellent igitur homines antiqui ad beneficentiã  
 adhortari; rem diuinam, & quæ proximè ad Deorum immortalium naturã  
 accedat: liberalitatẽ & munificentiam esse dixerunt, quippe cū ad exẽplum li-  
 beralitatis & animalia complura, & res sensu carentes, quia de Diis putaren-  
 tur fuisse benemeritæ, inter siderum numerum fuerint relatæ, & proximè ad  
 Deos ascitæ. Hæc igitur causa fuit cur Argos dicta sit diuinos honores con-  
 secuta. nunc de Capra cœlesti dicamus.

De Capra cœlesti.

Cap. XI.

**P**reclarum est eius quod dicebam argumentum, quia capra etiam, quod  
 de Ioue benemerita sit, cum illi lac præbuerit: non solum inter sydera  
 collocata